Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Tractatus de sacramento poenitentiae - Cod. Ettenheim-Münster 215

Zugmeyer, Martin

[Marmoutier im Elsass], 1712

Quaestio 2da

urn:nbn:de:bsz:31-118991

Visual Library

promulgatorem, sed immediatum authorem hujus sacramenti quasi illud non tam fidelibus proposuerit ut traditerit tamquam a Christo institutum, sed ipsemet ex divina inspiratione illud instituerit; tamen fatis post Trid. non amplius sustineri potest, siquidem in illo expresse definitum est, hoc sacramentum a Christo institutum, ab Apostolo autem Jacobo tantum promulgatum fuisse.

## Quaestio 2da.
## De
## Materia et forma extremae unctionis.

Propositio 1ma. Materia remota hujus sacramenti est oleum olivarum ab Episcopo vel alio sacerdote ad id facultatem habente benedictum. Proxima vero est unctio, seu applicatio olei.

Probatur 1ma pars de oleo olivarum: Jacobus loco supra cit. ait: ungentes eum oleo: sed nomine olei intelligit solum oleum olivarum, ergo etc. Minor certa est, quia solum oleum olivarum ex communi acceptione, maxime in oriente ubi Jacobus Epistolam suam scripsit, per vocem olei simpliciter prolatam intelligi solet, sicut per vocem aqua intelligitur sola aqua naturalis.

Probatur 2da pars de oleo benedicto: constans Ecclesiae traditio, et perpetua praxis, quam ut ait Beda in cap. 5tum Marc. Ecclesia utraque ab Apostolis accepit, petit praeterea materiam hujus sacramenti esse oleum benedictum, ergo etc. Hinc eidem traditioni insistens Eugenius 4tus in decreto Florentino et Concil. Trid. sess. 14. de extrema unctione declararunt materiam hujus sacramenti esse oleum olivarum ab Episcopo benedictum. Quod autem sufficiat si sit benedictum ab Episcopo vel alio sacerdote, qui ad id facultatem habeat, constat ex antiqua praxi Ecclesiae orientalis, ubi presbyteri conferunt hoc sacramentum cum oleo a se benedicto, id approbante Clemente 8. in instructione ad Episcopos latinos in plebibus graecorum degentes anno 1595. ubi postquam dixerat latinos debere uti oleo Episcopali benedictione consecrato subjungit; non sunt cogendi presbyteri graeci olea sancta praeter chrisma ab Episcopis latinis accipere, cum hujusmodi olea ab eis in ipsa oleorum et sacramentorum exhibitione ex vetere ritu conficiantur et benedicantur. Neque videtur cur simplici presbytero non possit concedi facultas benedicendi oleum, cum de se sit minister ordinarius hujus sacramenti. Ac proinde cum Trid. et Florent. requirunt oleum ab Episcopo benedictum, declarant tantum quid juxta morem Ecclesiae latinae de praecepto fieri debeat.

Probatur 3tia pars de materia proxima in sacramentis quae in usu consistunt, applicatio materiae remotae est materia proxima, sed unctio est olei applicatio, ergo etc. Quot autem et quales requirantur unctiones dicetur quaestione sequenti. Hoc certum est unicam posse sufficere ad essentiam hujus sacramenti, quia in necessitate cum unica valide administrari potest.

Propositio 2da. Forma extremae unctionis absoluta, est deprecatoria, et talis exprimitur his verbis: per istam sanctam unctionem, ut exprimitur in rituali dioecesano.

Pbr 1ma pars. Jacobus ritum hujus Sacti describens ait: orent super eum ungentes… et orao fidei salvabit &c. Sed p hoc verba orantes et orao intellit forma huius Sacti, ergo forma huius Sacti debet esse orao seu deprecativa. 2a e Concil. Trid. qd sess. 14. de extrema unct. c. 1. Ecclia ingt ex Aplica traditione p manus accepta didicit, aptum his verbis docere formam huius Sacti.

Pbr 2da pars ex eodem Trid. qd ibid. ait: forma huius Sacti continetur his verbis p istam unctionem &c. qm integram praescribit Eugen: in decreto unionis ut et in rituali Rom. et nro Argentinensi.

Dixi in Sol: exprimis: tum qa hac forma deprecatoria e, tum e qa unctionem satis detrahat ad e Sactle et signandum effectum huius Sacti. dubium tn n e qn hoc Sactum e valide administrari poet in alia forma, modo in verbis ipsis formalib, l saltem ex intentione proferentis deprecatoria sit, et sufficienter detret unctionem ad signandum effectum et huius Sacti: Sic olim in Ecclia mediolanensi utebant hac forma: ungo te oleo Sanctificato in nomine Patris et Filii et Spus S. ut more militis uncti praeparatus ad certamen aereas possis superare potestates. Similis fere forma utunt in Ecclia Veneta, teste Leone 10a. in Ecclia Constantiensi, ut refert hic Gobat sexagesimo n. 777, sub hac forma ungunt infirmos: ungo oculos tuos, aures tuas &c oleo sacro in noe Patris et Filii &c ut per istam unctionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dns quidqd deliquisti per visum auditum &c. oes in substantia conveniunt, qa saltem implicite et ex intentione illarum Ecclesiarum st deprecatoria, ut explicat de Constantiensi Gobat ibid. n. 804 de reliquis aut Gonet hic ar. 2.

## Quaestio 3tia.

### Quis sit minr huius Sacti Extremae unctionis.

Propositio: minr huius Sacti e solus sacerdos, et qdm ordinarie solus Parochus proprius.

Pbr 1ma pars ex verbis Jacobi loc. cit. inducat presbyteros; sed p presbyteros hic intellit sacerdotes vere ordinatos, n aut ut volunt haeretici quoslibet seniores populi, ergo.

Pbr 2a ex Concil. Trid. qd sess. 14. c. 3. et can. 4. damnat illos qui dixerint, presbyteros quos Aplus inducendos hortatur n e sacerdotes ab Epo ordinatos, sed seniores ex qualibet communitate atq ita proprium extremae unctionis minrum n e solum sacerdotem. idem apertius constat ex dictis de sacerdotio.

Pbr 2da pars: Ecclia huius Sacti administraonem nequaquam alteri committit qm sacerdotibus et expresse prohibet, ne extra casum necessitatis administret a quoquam regulari absq licentia Parochi, ergo ex praxi Ecclia constat minrum ordinarium huius Sacti e solum sacerdotem proprium. 2do vo huius rei congrua ratio e, qa p hoc Sactum remittunt pctta, hoc aut pertinet ad solos sacerdotes, et qdm ordinarie ad solum sacerdotem proprium. Hinc si extra casum necessitatis regularis aliquis absq licentia Parochi proprii hoc Sactum administrat, ipso facto incurrit excommunicationem Papae reservatam. iuxta Clement: ~~unicam~~ religiosis de privilegiis.